

GR 156. 30

XVII
De

Ve
3040

ROMANI TEUTON.
IMPERII X 1975063
VICARIATU.

TRACTATIO SYNOPT.
ACADEMICA
Quam

Divinâ aspirante gratiâ

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi & Consultissimi Viri

DN. DOMINICI ARU-
MÆIJCTI CELEBERRIMI, ET IN IL-
lustri Salana Profess. publici, ibidem Curiæ provin-
cialis & Scabinatus Assessoris dignissimi, Fautoris & Præ-
ceptoris sui æternum suspiciendi.

*Publicæ disquisitioni
subjicit*


GEORGIUS BRUDTLAUCHT. WESTPH.

Addiem Septemb.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO MDC. XIX.



Reverendiss. & Illustriß. Principis ac
Domini

DN. CHRISTIANI
EPISCOPI MINDENS. DUCIS.
Brunov. & Lunæb.

IN DUCATU GRUBENHAG.

Generoso, Magnifico, Strenuo., Nobilissimo, Amplissimis, Cle-
rissimis & Consultissimis Viris,

Proprincipi, Cancella-
rio, Consiliariis secretioribus &
intimis.

Dn. THEODORICO Behr / hæreditario in Stellichs
& Heuslingen.

Dn. STATIO Borcholtensis Jctis Celeber-

Dn. JOHAN. Hundt/ rimis.


Dn. suis Patronis & Promotoribus magnis:
Hancce de Vicariatu Imperii, Jur. Publ.
partiunculam minimam

In debitæ observantiae signum,
&

Diligentem sui recommenda-
tionem

devotè offert.

Georg. Brudtlach.



De
TEUTONICI IMPE-
RII VICARIATU.

RATIO VICARIATUS, CUR
ita institutus.

vide Bodin. lib. 6. de
republica. cap. 5.
d. quin etiam tm.
perium. fol. iirq.



Ydram Lerneam

innumerabilibus capitibus fe-
racem constituunt, qui genus humanum.
sine Imperiis conservari, quiq; Imperia-
sine capite consistere effutiunt ; Itaque sa-
niores nostri Politici hactenus uno ore asseruere, Regnum,
Principatum vel Rempubl, Rege, Principe, Magistratuvé
suo orbata, diu sartam tectamvē constare, impossibile vi-
deri, sed veluti truncum sine capite, gregem sine Rege, na-
vivm sine gubernatore ruituram & collapsuram. Petr. Greg.
Tholos. lib. de Repub. Hoc malum ab initio Imperii sentien-
tes prisci Romani, ne & Rom. Imperium, exinde quid damni
pateretur, ut, si quando continget Rom. Imperatorem è vita
discedere, alii interim sceptrta tenerent, atque ita ejusmodi
malo præsentissimo remedia quærerent, statim , existante
Regio Imperii statu, Rege in fata concedente Interrex crea-
tus fuit, qui Regis demortui locum tamdiu tenebat, donec
alius eligebatur, quod spacium temporis Interregnū diceba-
tur, uti pluribus tradūnt Dionys. Halicarnass. de antiquit. Ro-
man. Carol. Sigon. aliiq; antiquitatis Scriptores. Quos tamen
Interreges postea immutatā Reipubl. formā creari desisse.
Rosinus in antiquit. Roman. testatum reddit.

A 2

Postea

Postea verò Romani Imperii dilaceratione & divisio-
ne subsecutâ , ubi in duo præcipue Imperia dissectum,,
Lombardicum scilicet & Teutonicum, Marq. Freber. ad Petr.
de Andlo de Imper. Roman.

Illi *Lombardico* tām ad *Orientem* quām *Occidentem* va-
riis fuit provisum Vicariis, quorum quidem (ut & totius *Juris
publici*) rarissima in jure nostro exstant vestigia , præter-
quam quod in tit. *C. de off. vicar. l. fin. C. de divers. offic.* aliisq;
paucis in locis generaliter relictum est , eorum tamen cata-
logum, officium, & dignitatem. *Pancinor. in not. utriusq; Im-
per. Cyriac. Spangenb. in spec. nobilit.* quibus addatur *Marq.
Freber. ad Petr. de Andlo* nobis exhibent.

In *Tentonico* etiam Imperio olim diversi inventi sunt.
Vicarii, quibus Imperator vices suas pro arbitrio mandare
solebat, qualia exempla recenset *Marq. Freber. in not. ad Pet.
de Andlo.* Sic Episcopos ad Rhenum Ottonis Tertii fato Vi-
carios se profiteri ex *Fab. orig. Saxon.* notat *Andr. Knich. de
Sax. non provocand. jur. verb. Electorum.* Hodiè quid intro-
ductum, & quid observetur, quantum ex historiis, Imperiali-
bus Pragmaticis Constitutionibus, præsertim *Aur. Bull. Caroli
IV.* aliisq; insecutis *Juris publici Antistitum scriptis*, ad hanc-
ce materiam proditum sit , breviter & synopticè pro datâ
temporis occasione, discendi saltem studio, citra ullum al-
terius præjudicium, excerpturi sumus. Reliqua, tum etiam
ea, quæ de antiquitatibus, & de Vicariorum dignitate, pote-
state generaliter præmittenda fuissent , in aliud tempus,
commodius rejicientes.

Itaque divino aspirante numine Vicariatum Imperii
jam aggredior, causam ejusdem institutionis perspexi , quæ
supersunt sequentibus pertractabuntur capitibus. 1. Vicaria-
tus nostri Imperii & vicariorum descriptio. 2. Quinam sint
Vicarii Imperii, quotuplices, & unde singuli hoc habeant.
3. Quando sint Vicarii. 4. Quibus in locis Vicariatus jus ex-
erceant. 5. officium Vicariorum & potestas, in quibus ea con-
sistat, & quo usq; se extendat. 6. Vicariæ dignitatis effectus.
7. Quibus modis Vicariatus expiret, & vicarii esse desinant.
8. Vicariatu finito quid observandum.

Posit. I.



Positio I.

A descriptione itaque, vel aliquali *dissinitione* rem exor- Quid vi-
dior. Vicariatus Imperii Teutonici est spacio temporis, carius
quo Imperatore absente, gravissime impedito, vel planè de- in Regno
mortuo, creatus Rex Romanorum, vel eo deficiente, ordi- Teut. &
nati duo Vicarii Electores PP. Palatinus Rheni & Saxo, Im- qui Vica-
peratoris absentis, impediti vel demortui vices representant. rii.

2. Unde Vicarii Teutonici nostri Romani Imperii,
hodiè ex lege Imperii sunt duplices, vel Rex Romanorum, si
sit, vel Electores duo Palatinus & Saxo.

3. Rex Romanorum, qui vivo adhuc Imperatore, Rex Ro-
(quod fieri posse jur. public. nostri Antistites & suadent & manorum
tradunt, Ampliss. Dn. Praeses ad Aur. Bull. Theod. Reinking. Imperii
de regim. secul. & Eccles. Zölner. discurs. de Reg. Roman. Elect. vicarius
cont. Tob. Paurmeist. de jurisd.) Eoq; aliquando invito. Cla- perpetuus
riss. Dn. Praes. Domin. Arum. in discurs. jur. public. creatus
(Quæ electio quo modo procedat, quibus ex causis, & quæ pra-
terea Regis Romanorum potestas traditur à nobis alibi) Lege
Imperii & consuetudine, est perpetuus absente vel impedito
Imperatore Vicarius ex A. B. tit. 2. de elect. Reg. Rom. Consul-
tiss. Dn. Praes in discurs. jur. publ. Thom. Michaël de jurisd.
Matth. Stephani de jurisdict. Unde trita illa passim in Recess.
Imperii tradita. Wir oder in Abwesen Römischer König. Clu-
ten. in syllog. rer. quotid. Zölner. de Rom. Reg. Elect. contra
Tob. Paurmeist. de jurisd.

4. In tantum ut etiam vivo adhuc Imperatore nun-
cupetur Rex Romanorum. Caput imperii. R. A. de An. 1555.
§. Und im Fall da die Kaiserliche Majestat. Theod. Reink. de
regim. secul. & Eccles. Et nihil ab Imperatore differre dica-
tur, nisi ambitu minoris circuli, sicuti scapha differt à navi.
l. seapham. ff. de evict.

5. Multis tamen modis eundem ab Imperatore dif-
ferte latissime & accuratè tradit Ampliss. Dn. Praeses ad A. B.
Imperator Regi Romanorum saltem tribuit titulum Seiner
Eichden. R. A. zu Sp. de A. 1544. §. Und dieweil aber Wir. Rex v.
A 3 Ro.

Romanorum Imperatori adscribit Majestatem. d. Receß.
Spir. Ordin. Camer. part. i. tit. i. Rex Romanorum Imperatore
dominum suum appellat, R. A. de An. 1555. in fin. §. Solches
alles. Imperator Rom. in sigillis & insignibus bicipitem, Rex
Roman. verò creatus simplicem gerit aquilam. Ulyss. Addo-
brand. in Ornitholog. Steweck. in not ad Veger.

6. Unde Rex Romanorum vivo Imperatore creatus,
eo absente, peregrè profecto vel alio legitimo modo impedi-
to, tanquam Imperatorem se gerere, per eum concessa, &
quælibet gesta ab eo, perinde valere, ac si ab ipso Impera-
tore concessa & gesta sint, tradit Clariß. Dn. Præses in disc.
J. publ. Immò omnia jura Imperatoria exercere, quæ ipse
Imperator exercere potest & solet. A. B. tit. 5. Ord. Cam. p.
i. tit. i. §. Nemlich wollen die Römische / alia exempla refert
Tob. Paurmeist. de jurisd.

7. Hinc est, quod absente Imperatore, ut Imperii Vi-
carius, Comitia conscribat. R. A. zu Speyer de Anno 1532. §.
So hat dem allen nach. Pragmaticas Imperii Sanctiones pro-
mulgat. R. A. de Anno 1555. Supremi judicii Ordinationem,
præscribat Ordin. Camer. in proœm. & passim. Cæterum,
præsente Imperatore cœvè non impedito omnis ejus pote-
stas quasi sub cineribus sepulta delitescit. Reink. de regim. sec.
& Eccles.

8. Sunt & præterea alii innumerabiles ferè actus, quos
Rex Romanorum nomine Imperioriae Majestatis exercere
potest, eosq; hic referre, nec loci nec temporis est. Abstinet
verò meritò ab illis, quæ ipse Imperator plerunque solitus
non sit facere. Henric. Rosenth. de feud. Vicarii enim potesta-
tem majorem ipsius Prinçipalis potestate esse, absurdum fo-
ret; Sic etiam ab illis, quæ expressè prohibita sunt. Andr. de
Ifern. ad c. Imperiale de feud. Clut. syllog. rer. quotid. Unde
de bonis Imperii patrimonialibus, ad mensam Imperatoris
deputatis, pro suo arbitrio disponere vix poterit. Plenissi-
mam enim [ut diximus] Rex Romanorum potestatem ha-
bet in administrando, non alienando. 1. Præses. 12. C. de
transact. l prohibere. 3. §. planè. ff. quod vi aut clam. arg. l. qui
fundum. 7. §. si tutor. ff. pro emptort. l. tutor. 27. ff. de admin.
& peric. tutor. Gail. in obs. pract.

9. Sed



9. Sed an Rex Romanorum Imperii Vicarius Jurisdictionem, & potestatem habeat ordinariam, an mandatum, eum libera, ut opinatur Gilman. symphorem. Cameral. Vel ut ita formem, An talem potestatem exerceat ex lege Imperii, & proprio nomine, vel auctoritate, & mandato Imperatorio? difficultè discutitur, exstantibus, hinc inde variis constitutionibus, & jur. publ. Antistitibus undiq; dissentientibus. Plenariam, propriam & liberam ei tribuunt potestatem Consultiss. Dn. Praes. in discurs. jur. pub. Thom. Michael de jurisd. Matib. Stephan. de jurisd. Schönborn. in Pol. Reinking. de regim. sec. Et Eccl.

10. Quanquam alii, cum olim Interreges & Cæsares (quorum in locum subintrant nostri Reges Romani, Oros. Castald. de Imper.) nullam haberent potestatem propriam, sed saltem gradum ad Imperium. Castald. d l. Ita etiam hodiè non omnino dám, non Imperatoriam, non liberam, sed saltem mandatariam Regi Romanorum competere potestatem, tradunt Paurm. de jurisdic. Imper. cui astipulatur Protestantium Schwinfurti A. C. 1532: cum Cæsare de Kom. Regis potestate & officio, transactio. referente Sleidan. & Ant. Colen. diss. de jur. majest. Verùm hoc omnino constat & usus ostendit, majorem ei competere potestatem, quam aliis Imperii Vicariis.

11. Et tantum paucis de Regis Romanorum Vicariatu, & Vicariâ potestate. Rege vero Romanorum, ita non extante, Lege Imperii & longâ observantiâ existunt. Vicarii Palatinus Imperii soli PP. Electores duo, Palatinus Rheni & Saxo. Am. & Saxo pliss. Dn. Praes. in discurs. de jur. publ. Et ad A. B. tit. 5 per ill. soli Vicarii text. Richard. Dieteric de sum. Imp. potest. Thom. Michael de ru Imper. jurisd. vid. Kurzen Bericht von des heiligen Reichs der Churz füsst. Pfalz iustehenden Vicariat.

12. Exploditur itaq; meritò ambitio & perversa impudentia Papalis, quâ jura summa Imperii non solùm sibi tribuit, sed præterea etiam perpetuum Imperii vicariatum. Papa novus ambit, uti ambitiosè prætenditur in c. si fratrum. ne sed va- est Vicariant. in Extravag. Clem. 1. de jurejur. clem. Pastoralis de Imperiis sent. Et re judic. Cujus ambitionis primum auctorem Clemens tera.

mentem V. Pontificem statuunt Onuphr. Panvin. de Comit. Imper. & ad eund. in not. Dn. Frid. Hortled. Eamq; sententiam in gratiam Pontificis, contra libertatem Imperii defendunt. Bellarmin. de Pontif. Roman. Peregrin. de jur. fisc. Mart. de jurisdict. Ant. de Rosel. de potest. Pap. Rest. Castald. de Imp. Quorum sententiam tamen recte nostri rejiciunt, & Papale jus omne relegant. Buxtorff. ad Aur. B. Sigismund. Seld. in. cons. ad Ferdinand. Imperat. Lupol. de Babenberg. de Imp. Rom. quod etiam Ludov. Bavarus Imperator innuit, ubi dicit. Nulla Scriptura, nulla ratio, sed sola usurpatio introduxit, ut Pontifex vacantis Imperii administrationem haberet Paraleipom ad Abb. Ursp. in Lud. Bav p. 377. Immo omnia quae in gratiam Pontificis, contra libertatem Imperii introducta putantur, nec divino jure, vel ulla Patrum ordinatione, sed blandâ quorundam assentatione, & Romanorum spontaneâ ingestione, ad Pontifices talia, qualia sunt, pervenisse, post Ludov. Bavar. cit. loc. Perplurimi Christianissimi Imperatores sanciverunt.

13. Ex putativa ig. & malè fundata Pontificis jurisdictione stulta etiam configitur appellatio, quam ad Ponticem tempore Vicariatus, omisso etiam medio Judice pertinere prætendit Sigism. Scacc. de appellat. per c. licet. ex suscep. pro. X. de for. compet.

Cur duo? 14. Prudenter vero jus Vicariatus (quamvis æmula-Vicar. non tione ad Imperatorium statum uni saltem demandari populi pauciores tuisset, quemadmodum etiam ante A. Bull. tempore Ludovici II. nec plures Bavar. Imperatoris ad Palatinum solum hoc jus pertinuisse, infra thes. 20. patebit) inter duos est partitum, nam ut caute Aristot. monet, partienda sunt inter plures dignitatum munera, ne si uni commitantur, eadem restituere nolit, cuius rei notabilia exempla subministrat. Consultiss. Dn. Praef. in prælect. ad A. B. 15. Sic etiam quamvis regulariter sede vacante totum capitulum in administratione & jurisdictione succedat. c. his que. 11. c. cum olim. 14. de maj. & obed. c. 1. eod. in 6. Job. Gutierez. qq. can. Schrad in cons. non minori tamen prudentiâ Imperatoribus è re Imperii consultum visum fuit, ne petes

te-



totum Electorale Collegium, sed duos saltem Palatinos, Pa-
latinum Rheni & Saxonem (quem etiam Palatini titulo ab
antiquo gaudere , tradit *Freber. ad Petr. de Andlo*), hoc jus
Vicariatus, exclusis reliquis Imperii Electoribus remaneret,
ne scilicet jura Imperialia , in plurimos simul Imperantes de-
rivata, diminuerentur, & dissensu plurimorum actus Impe-
ratorii retardari possent, quemadmodum saepiusculè in Ari-
stocratico statu videmus, ubi summa Imperii potestas plurib.
competit. Quapropter sileant adulatores quidam, qui re-
liquos Dominos Coelectores injuriâ quâdam ab hac digni-
tate exclusos prætendunt, siquidem nulla ratio sit, quæ hoc
in casu contra salutem Imperii militare possit, ut scilicet
omnes omnino Coelectores, Vicariatus & Interregni tem-
pore, vicem Imperatoris repræsentare, necesse sit. Quâ ra-
tione enim reliqui Germaniæ Principes immerito de Elec-
tione Imperatoria etiamnum sibi adempta conqueruntur,
eadem etiam ratione Principes reliqui Electores, Sereniss.
Dnn. Vicariis hanc præminentiam invidere queunt. De-
nique huc facit duplicis juris tum temporis observantia ,
Franconici nimicum & Saxonici, ex qua Vicariatnm ad Pa-
latinum Rheni, qui locis, in quibus jus Franconicum obser-
vabatur præcesset, & Saxonem , qui ubi Saxonicum jus vi-
get, vices Imperatoris præsentaret, pervenisse, haud absur-
dum est. Idq; eatenus obtinere puto ut non aliter, reliqui
Domini Coelectores, prædict. Dominis Vicariis sint subje-
cti, quam etiam alii Imperii Principes & subditi, de quibus
j. posit. 31.

16. Habent itaque Palatinus & Saxo soli potestatem *Unde ha-*
& jus Vicariatus, idq; ex antiquâ & inveteratâ consuetudine, *beant jus*
privilegioq; singulari A. B. c. 5. insuper à Maximil. I. & Carolo *Vicariat.*
V. confirmato; quod integrè exhibit *Goldast. in constit. Germ.*
quas inscribit Reichssatzung. tom. 2.

17. Quanquam verò de ejusdem Vicariatus prima
origine, & quidem præsertim quoad Palatinum Rheni, va-
riæ & intricatæ sint opiniones, siquidem non eâ quâ par-
fuit diligentia ubique notatum existit, ita ut vix certi quid
de tali origine asseverari possit, qualiter conqueritur *Buxt.*

ad Aur. Bull. Ex quo factum, ut quilibet ferè novum auctorem in investiganda origine Vicariatus excogitarit. Vide elegant. Clariß. Dn. Præf. in prælect. ad Aur. Bull. c. 5. aliter sentit Freher ad Petr. de Andlo. de Imper. Rom. & orig. Palatinat. Aliter Andr. Knich. de non provocand. jur. verb. Electorum. ubi Ottomem Tertium Vicariatum Imperii, quem jam ante ii meruerant, Palatinis Comitibus ad Rhenum, cum Electoriā eminentiā & Archidapiferiā perpetuō & hereditariē concessisse tradit.

18. Verum inter tot varias & intricatas opiniones jam fileo. Hoc saltem verissimè constat, Palatino Rheni, ejusmodi jus, diu competuisse, idq; etiam *ante Aur. Bull.* uti ex *Historicis Spangenb. in Chron. Mauf. Witich. in geneal. Sax. Abbat. Ursberg. Aventino*, & præsertim *Cuspiniano in Ludov. Bavarо Imperatore pag. miki. 367.* deducitur. Ubi *Ludovicus Imperator in Comitiis Francofurt. Anno 1339.* longo tempore *ante constitutionem Aur. Bull. & Caroli IV.* ita fatur. Longa & approbatâ consuetudine inconcusse à majorum ordinatione hactenus observatâ, vacante Imperio, jus administrandi Imperii &c. negotia disponendi *Palatino Rheni* debetur, eadem diplomaticis verba exstant apud *Goldast. in constit. Imper.*

19. Sed num Palatino Rheni jus tale competit ratione Palatinatus, vel ratione Ducatus Bavariæ? Ratione Palatinatus, id est, vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive majoratus domus, sub Regno Francorum Palatino hoc jus competere, non solùm tenore A. B. & eorum qui postea vixerunt, tradit. *Buxtorff. ad Aur. Bull.* Sed etiam id ipsum, aperte ostendunt vetusti Historici, qui tempore Friderici II. vixerunt, qui omnes Principes Electores recensentes, Comites Palatinos non Duces Bavar. nominant, *contra Gevold. in scriptis eius de quæstione peculiariter editis*, qui jus ejusmodi Ducatui Bavariæ adscribit.

20. De Duce Saxonie, haud minus dubium est, Anne Sereniss. Dux Saxonie hoc privilegium Vicariatus habeat ex antiquo jure ante Aur. Bull. veldemum constitutione A. B. id acquisierit? Vide Marq. Freher. de orig. Palatin.

Con.



*Consultriss. Dn. Praesidem add. A.B. Buxtorff. ibid. & Goldast.
in const. Imper.*

21. E præcedentibus itaque perspicuum est, jus hoc *An iis adi-*
Vicariatus in tantum Serenissimis Vicariis competere, ut il-mi & qui-
lis nec ab Imperatore, nec ullâ alia constitutione minui, bus modis
multò minus adimi possit: Quare prudenter Fridericus III. admittâ
Carol. Burgund. Imperii Vicarium se declarari petenti, re- possit?
spondit, se sine assensu Electorum super hac re nihil consti-
tutere posse, Paraleipom. rer. memorab. ad Abbat. Ursberg. in
Carol. Burgund. Ratio ejus rei est, competit enim Sereniss.
Dominis Vicariis hæc potestas mediante quidem privilegio
Imperatorio, potius tamen vi & auctoritate legis Imperii:
Quas leges fundamentales citra gravissimas causas Impera-
tor mutare haud poterit (uti alibi de LL. Imperii erit dicendi
locus) Sic etiam dignitas sive jus alicui legitimè quæsitus,
sine justa causa ipsi adimi nequit. Petr. de jure quæsit.

22. Denique etiam dignitas illa Vicariatus, ita hodiè
Electoratui Palatini & Saxonis est annexa, ut vix ab ea di-
velli possit: verùm an Imperator adhuc vivus peregrè trans
alpes (ut Dd. loquuntur) prefecturus, alium in præjudicium
nostrorum Vicariorum substituere possit. *vide infra thes.*

26 27.

23. Electores verò ipsi an Vicariæ huic administra-
tioni, forsan ingravescentibus Imperii oneribus, & gravami-
nibus hinc inde magis magisque suborientibus renunciare,
ab eaq; se abdicare possint, non omnino otiosa videretur
consultatio, cum haud minimum inde Imperio præjudi-
cium & periculū imminere posset? Verùm has & alias etiam-
num labenter prætereo.

24. Visis Vicariis & Personis, ad quas jus Vicariatus
pertinet, necesse erit progredi ad ipsum exercitium, atque
primo *quoties*, nimirum quando & quo tempore jus Vicariatus
Sereniss. Vicarii exerceant, videre. Et quamvis regulariter
de jure communi Vicariatus alicui concessus, ut quædam
mandati species ad heredes non transeat. *arg. l. inter causas.*
26. ff. mandati. §. ii. Instit. eod. Sed morte tam concedentis,
quam ejus, cui concessus est, expirare soleat. *arg. d. l. 26. &*
autem

*Quoties
& quan-
do sint Vi-
carii.*

§. 11. c. 1. de offic. Vicar. in 6. Abbas Codavar. & CC. communiter Pacian. de probat. Menoch. Surd. & alii.

Vacante
Imperio.

25. Verum casus hic quoque est, in quo juris communis dispositio non attenditur, sed speciale quid de jure publico in hoc constitutum est, nimurum ut, *Quoties Imperium vacare continget*, Serenissimi Principes Electores Palatinus & Saxo sint Vicarii Imperii, *Aur. Bull. cap. 5.* Idque non unâ duabus vel tribus vicibus, sed quando, quo tempore, & quoties in perpetuum hoc contingere poterit? Wann vnd zu welcher Zeit das heilige Römische Reich vacirt (id quod pluribus modis, vel Imperatoris morte naturali, abdicatione, spontaneâ, & depositione fieri posse alibi tradetur, ordinis gratiâ hic omitto) Quod etiam natura vocabuli *Quoties* evincit, quod tractum successivum, iteratum & perpetuum denotat, uti notat *Buxtorff. ad A. B.*

26. Idque in tantum procedit, ut Serenissimi Domini Vicarii, ubi Imperium vacare cœpit, nullâ penitus ejusdē de nunciatione, commissione exspectatâ, seiner Gewalts Übergebung zu warten nôhtig, sed cognitâ vacantiâ administrationem statim sibi sumete, exercere, diplomata hinc inde affigere possint, *de quibus infra pluribus de offic. vicarior. thes. 39.* Quod etiam haetenus in viridi observantia Palatin. & Saxo, quoties Rex Roman. nullus extitit, custodivere, & non solùm Patrum nostrorum memoria post mortem D. Maximiliani I. Anno 1519. [antequam Carolus Austriacus ejus nominis V. electus] Ludovicus, Palatinus Rheni, & Fidericus Dux Saxonie Vicariatum Imperii exercuere: sed etiam nostra ætate post mortem Rudolphi II. Imperatoris Anno 1612. Electoratus Palatini Tutor & Administrator Johannes Comes Palatinus Rheni Bipont. & Johan. Georgius Elector Dux Saxonie, & etiamnum Divo Matthia Imperatore, hoc eodem Anno in turbulentissimo Imperii statu ex hac vita discesso Fidericus Elect. Palatinus Rheni, & Johan. Georg. Elect. Sax. secundo Vicarius, fælicissimè vacantis Imperii habenas tenere, & adhuc divinâ favente gratiâ tenent.

27. Verum præter casus, quibus Imperium vacare perhibetur, de quibus *Aur. Bull.* solummodo loqui plurimi volunt,



383

volunt, recte hic inquiritur, an etiam in aliis casibus, veluti
Quando Imperator forte trans alpes vel aliorum peregrinatur? An Imperator
rit, Wenn er uebers Gebirg ziehet oder aus dem Reich ist / Se- ratore ab-
renissimi Vicarii Palatinus & Saxo hoc jus Vicariatus exer- sente?
ceant? Rege Romanorum exstante non est dubium, quin
Imperatore peregrinatio profecto, vel impedito Vicariam totius
Imperii habeat administrationem, verum eo deficiente,
de Sereniss. nostris Vicariis (ut dixi) est dubium. Pro utraq;
enim opinione tum rationes cum exempla & præjudicia
non deficiunt: Ad Serenissimos Dominos Vicarios, hoc casu
administrationem Vicariam non pertinere, sed Imperatorem
peregrinatio proficiscentem vices suas, cui velit, mandare posse,
inquit Freher. ad Petr. de Andlo, & confirmat Rucker int.
conf. Claudii Cantiunc. tum quod Aur. Bull. saltem disponat
de casu vacantiæ, atq; ita inclusio unius, alterius sit exclusio.
arg. l. maritus. C. de procurat. Et quod privilegia non sint
extendenda, extra casum, de quo loquuntur: Cum etiam
quod præjudicia pro stabilienda hac opinione varia existent.
*Pro contraria tamen sententiâ, nec minus pondere, quam nu-
mero rationes & præjudicia referunt.* Buxtorff. ad Aur. Bull.
cum alleg. ibid. Marq. Freher. de Palatinat. Bodin. in Re-
pub. Florentin. à Vennin. int. conf. Claud. Cantiunc. autor
tract. Bon des heiligen Römischen Reichs Vicariat /
quos sequuntur Dan. Otto disc. de jur. publ. Quixiv. Cubach.
ad constit. Imp.

28. Dissidentibus igitur ita Dd. & præjudiciis in-
utramque partem existantibus neutri parti omnino adhære-
re potui; Placet igitur intermedia opinio Consultiss. Dn. Præ-
sid. ad Aur. Bull. ubi prudenter admodum distinguit: Aut
Imperator peregrinatio proficiscentis vices suas alii mandat, &
credo cessare Vicariorum potestatem, vel nullo relichto post
se mandato fines Imperii reliquit, & ad Vicarios ejusdem
curam pertinere opinatur.

29. Quæ distinctio uti vera & perspicua est, ita nec
minus ex eadem elicetur, ad Serenissimos Dominos Electo-
res Vicarios regulariter etiam jus Vicariatus in casu Impera-
toriæ absentiæ ipso jure pertinere, quippe cum, nullo exstan-

te mandato, ipso jure, sine aliquo facto hominis, administrationem eandem in casu absentiae sibi vindicant.

An Imperatore im-
pedito?

30. Anne vero (si Imperator alio quovis modo, puta morbo corporis vel animi, impeditus fuerit, antequam ad Roman. Regis vel novi Imperatoris Electionem, ob certas causas procedi possit) hoc casu administratio Imperii, & vi-ces Imperatoriæ, ne ob defectus Imperatoris Imperium grave damnum incurreret, Sereniss. PP. Vicariis Palatino & Saxonii competat? nemo hactenus tradidit, vestigiis igitur deficientibus, ne solus absque Prædecessore aberrem, aliis decidendum relinquo.

31. Tempus Vicariatus in sequitur locus, ubi & quo in loco Vicariatum prædicti Domini Vicarii, tempore no-
Quibus in minato exerceant, quod est in traditione nostra cap. quartum.
locis Vica- Sunt autem Palatinus & Saxo Vicarii in toto Imperio Roma-
riatu ex- no German. in omnibus provinciis & locis, in quibus Im-
erceant. perator ipse jurisdictionem exercet; Imperatoris namq; per-
sonam repræsentant. Itaque nulla est provincia Imperii Ro-
man. German. quæ non sub hisce sit Vicariis; Absurdum
enim est, quem esse sub Imperio & Imperatore, non tamen
sub hujus Vicariis. Aut. Reiuung Pfalz Vicariats Gerechtig-
keit Marq. Freher. passim. Et quod subest ei, cuius vicem ge-
rit Vicarius, id etiam ipsis Vicariis suberit, Joh. Andr. A-
lexand. Sc. Immò quonsque se extendit jurisdictione ipsius
Principalis, eousque etiam potestas Vicarii se extendet, cum
Vicarius induat naturam Principalis, & surrogatus in alicu-
jus locum, ipsius officium & naturam assumat. arg. l. i. §. 5.
C. de rei uxori. action. §. fuerat. 30. Inst. de action.

32. Unde verior illorum prohibetur sententia, opin-
nantium, omnia etiam alia loca, quæ huic vel illi, Palatino
vel Saxonii, specialiter & expressè, in diplomatibus hinc in-
de assignata non sunt, illorum tamen Vicariatu subjacere,
in eorumque jurisdictionem, si non expressè, tacite tamen
distributa esse, Ampli. Dn. Praes. ad Aur. Bull. Buxtorff.
ibid. Marq. Freher ad Petr. de Andlo. Idem etiam dicendum
erit, de omnibus Imperii subditis, immediatè vel mediare
cidem

390

eidem subjectis, cujuscumque tandem sint dignitatis, Regiae, Electoralis, Ducalis, &c. quod hisce Dominis Vicariis, quo ad exercitium, in eos, jurisdictionis, & omnimodae potestatis, non minus sint subjecti, quam ipsi Imperatori non obstante alias, quod pat in patem, jurisdictionem non exerceat, consuetudinem tamen hac in re quodammodo inspicendam, putem.

33. Difficile itaque quidem Germaniae Principes, statutus, aliaeque; Respubl. è Sereniss. Vicariorum nostrorum jurisdictione, jure se eximent, uti putat, *Meischner in decis. Cameralib.* nisi specialibus privilegiis hoc edocuerint melius; Quemadmodum se peculiaribus privilegiis Vicarios suorum Ducatum & provinciarum venditant, plerique; Italiæ & Galliæ Principes, aliaeque; civitates & Respubl. ut Dux Mediolani, Dux Sabaudiæ, Mantua, Montisferrati, Mutinæ, & Delphinus in suo Delphinatu; sic in terris Gallicanis, ultra Rhenum, Burgundum. Imperii Vicarium esse, putat. *Aeneas Sylv.*

34. Verum respectu locorum & subjecti in quo, Jurisdiction & potestas Vicaria, sive Vicariatus inter Serenissimos duos Vicarios est divisus, & cuilibet propria loca sunt assignata. Idque inde originem habere haud inconveniens est, quoniam Imperium Romanum, tum temporis dupliei jure regebatur, Franconico & Saxonico, unde *Palatinus in locis ubi Franconicum, Saxo verò ubi Saxonum servabatur,* sunt constituti.

35. Est igitur Palatinus Rheni, Vicarius in partibus Rheni, quibus vicinæ, Franconia & Suevia; In ea tamen Franconiæ parte saltem, in qua jus Franconicum viget, vel ut versio Germanica habet in *Francheschem Rechten/ Auri. B: cap. 5. Clariss. Dn. Praeses ibid. & in disc. Acad. Buxtorffibidem. Marq. Freber. in not. ad Petr. de Andla.* Hodiernam tamen observantiam hac in parte maximè inspiciendam esse solet, & procul dubio hic Palatini Vicariatus suos habet limites, quos scire quidem maximè interesset, nisi tempus me ad alia avocaret.

36. *Saxo*



36. Saxo verò Elector Vicarius ijs in locis Vicariatum suum exercet, in quibus jus Saxonum observatur A. B. c. 5. Ut in Saxonica inferiori & superiori, Thuringia, Hassia, usque ad fines Bohemiæ, & in ea Franconiaæ parte, quæ ipsi subdita est, *Consultiss. Dn.*. *Præses ad d. A. B. Buxtorff. ibid.* Et sanè quod Saxo Elector sit singularis defensor constitutus juris Saxonici, ex *Albin. Histor. Misnens. confirmat. Ampliss. Dn.*. *Præses ad d. Aur. B.*

37. Quanquam verò jus Saxonum, tum temporis longè lateq; viguerit. Et, ut *Auctor appendix ad consil. Cothm. 26. tradit.* veræ & antiquæ Saxonæ terminos, & consequenter juris Saxonici usum jam olim latius patuisse, veluti in *Marchia Brandeb. Ducatu Brunov. & Lünaburg. Megap. & Hassia, aliisq; pluribus in locis.* Videmus tamen hodiè, in præcipuis hisce oris, paucis in casibus jus Saxon. observari, sed potius secundum jus civile Cæsarium, & proptium consuetudinatum *ibid.* pronunciari, veluti de *Ducatu Brunov. Lunaburg. Archiepisc. Bremensi & Pomerania*, testantur *Jcti Marpurgenses in suis consiliis.* Et de *Ducatu Megapolitanó* asserit. *Præclariss. vir Dn. Ernestus Cothm. in suis consiliis.*

38. Quid autem de ejusmodi locis, ubi jus Saxonum, nunc vel in desuetudinem abiit, vel expressè abrogatum extitit respectu nostri Vicariatus sentiendum? Respond. *Buxtoff. add. Aur. Bull.* Sufficere tempore latæ constitutionis observatum fuisse: neq; illa abrogatio jus, per legem superiori tertio delatum, adimere potuit: Cui sententiæ hasce subiecto rationes. I. Quia hæc juris observantia, non est de essentia, vel causa Vicariatus Saxonici, sed saltem demonstrationis locorum gratiâ tūm temporis adjecta, itaq; cessante hoc jure (veluti non causa) non necessè est, cassare Vicariatum, quippe qui ex illo non dependet, & quorum alterum absque altero esse potest. II. Vicariatus privilegium non fundatur in juris Saxonici observantiâ, sed privilegio speciali desuper concessso. III. Demonstratio hæc localis, tanquam qualitas, adjecta, Vicariatum restringere non potest, sed eundem saltem, in quantum adjecta, declarat.

39. Vi-



39.

39. Vidimus itaq; quod omnes Imperii provinciae, omnes ejusdem subditi, immò totum Imperium regulariter, & de jure Sereniss. Dn. Vicariis non minus subditum sit, quam ipsi Imperatori. Transgrediemur itaq; ad quintum, Officiū Vi- quod volumus in nostra tractatione, & videbimus, quod cariorum. nam eorum, casu ita ferente, sit officium, in quo id consistat, id quod breviter absolvemus, ut tandem ad ipsam jurisdictionem & potestatem, ejusque exercitium perveniamus.

40. Statim igitur vacantiā Imperii cognitā officium Serenissimorum Vicariorum erit, ut nullā denuncia- tione, vel aliquā Imperii commissione exspectata (Haben keiner Gewalts Übergebung nötig) sed pro- priā vi, auctoritate & lege, administrationem capeant, exerceant, & diplomata, (quorum tenor alibi reperitur) sui Vicariatus undiq; affigi current: Prudenter autem utuntur in talibus diplomatibus verbis & formulis consuetis, & soliti, ne ex nova formula insolitisque verbis subditi Princi- pes, aliam Vicarii mentem colligant, & tanquam præjudi- cialia recusent, ut aliquando factum deprehendi.

41. Denique Vicariatus diplomatibus ad singula lo- ca transmissis, Sereniss. Vicarii ipsam Imperatoris personam repræsentant. Chassan. in catalog. glor. mund. Hip. Riminald. in conf. Et eorum omne officium consistit, in administra- tione & defensione rerum & jurium Imperii. Petrus de Andlo. lib. de Imperat. Rom. Id ut eò fiat clarius, paulo altius repe- temus.

42. Et quidem in genere, primò. Cùm Vicarii Im- peratoris personam (ut dixi) repræsentant, eorum potestas, De Vicariis in non prohibitis, cum potestate ipsius Imperatoris æqualis rior. poter- erit. arg. l. 1. C. de offic. vicar. Tib. Decian. Surd. &c. Immò, state & quæcunq; poterit Imperator in Imperio nostro, ea ipsa quo- juribus in que regulariter (exceptis expressè prohibitis) poterunt hi Vi- carii, arg. l. 2. C. de offic. ejus qui vic. alic. Johan. Andreas. Et eorum potestas Imperatoris potestati par est; Ideoq; intra terminos jurisdictionis c. inamissæ, de lege, vel de arbitrio possunt agere circa aliquid, quod dominus omnino ignorat. Dant. Aligher. Florent. in libell. de Monarch.

43. Dux in nō prohibitis & exceptis, quia quā adā illis
prohibita esse, postea apparebit, unde idem *Dant.* *Aligher.*
Florent. in libell. de Monarch. ait Vicariatus potestatem & au-
toritatem principali, planè non æquivalere. Non excepta-
enim & non prohibita manent sub regula, & exceptio con-
firmat regulam in omnibus casibus non exceptis. *Alvar.* *Va-*
lasc. *Vincent.* *Caro.* *Cacheran.* passim in consiliis. Unde quoq;
in casibus non exceptis, fundatam habet intentionem ille,
qui habet pro se regulam. *gloss.* in l. omnis definitio. ff. de R. f.
Bartol. & *Dd.* communiter.

44. Ut autem potestas & jurisdictio, sic etiam *bonos*:
& dignitas summa Imperatoria, in Serenissim. prælucet Vi-
cariis, ita ut non solum à Principibus subditis meritò hono-
rentur; Interim vero illi neminem superiorem agnoscant, præ-
ter Deum & ensem; Sed etiam exteri Reges, Gallus, Hispani-
us, & alii hisce in sessione & præcedentia cedere cogantur.
arg. eorum, quæ de Imperatore tradunt *Chassan.* in catal. glor.
mund. Restaur. Castald. de Imp. Rom. Ant. *Quetta.* & conges-
sit, Bernb. Zieritz. de Principi præced. int. se..

45. Est igitur eatenus, ut dixi, summa Imperatoria
potestas & jurisdictio penes Serenissimos Dominos Vica-
rios conjunctim indivisim, nec obstat, quod eam respectu lo-
corum determinari diximus. Potestatis enim jura quoad se-
sunt indivisia & distrahi non possunt, sed semper eadem
manent, quamvis aliquando sint penes plures. Sed *An Sere-*
nissimis Dominis Vicariis sit adscribenda, vel competit Majes-
tas? Forsan aliquis dubitabit; Majestati enim semper con-
junctum esse debet, ut eadem sit perpetua, & nullo temporis
spacio terminetur, sed cum Imperio oriatur, cùm eodemq;
moriatur: Atque inde est, quod *consultare Imperium apud*
Romanos, quia annum, & *Dictatoris*, quia sex tantum
Mensium, Majestatis non fuisse capax, scribitur: Sic etiam
Proreges vel *Propriincipes*, qui alterius vices tenent, quos in
Gallia Regentes Regni appellant, hanc sibi Majestatem tri-
buere non possunt; Quoniam eiusmodi administratores vel
custodes, saltem Imperii sint, & causa, vel impedimento, ob-
quod constituti, remoto, potestate suâ se abdicant, atq; ita-
etiam.



etiam de Serenissimis nostris Vicariis concludere videtur.
Richard. Dieteric. de summ. Imper. potest. Verum penitus rem insipienti, diversa forsitan poterit apparere ratio, tum, quod praedicti, Proreges & Proprincipes longè cum Serenissimis Dominis Vicariis comparari non possint; cum etiam quod hęc Vicariorum potestas, nō tam apud eosdem sit hæreditaria, quam quod potentia ad exercendum sit perpetua: sed hic quicquid contrarietatis statui possit, procul dubio eximet jucunda collatio. *Vid. etiam Buxtorff. concl. 74.*

46. Et tantum de Sereniss. Vicariorum potestate in genere, sequitur jam circa quæ in specie ea occupata sit, quorum alia lege Imperii sunt expressa, alia vero tacite insunt: De expressis autem pro temporis ratione agemus, reliqua minus, scilic. expressa, è generali Vicariæ potestatis adseritione, alias colligi & decidi posse arbitror.

47. Expressa consistunt 1. in exercendis judiciis. 2. presentando ad Ecclesiastica beneficia. 3. recolligendis redditibus & proventibus Imperii. 4. Investiendo de feudis, & juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendo, *Aur. B.c.5. Richard. Dieteric. de summ. Imp. potest. Clariss. Dn. Praes. Gerlach. Buxtorff. ad Aur. Bull. &c.*

48. Vicariis autem datam esse potestatem exercendi judicia, tum ex generali Imperii administratione, necessitas & ipsa experientia dictitat, cum etiam satis superque judicia ex Constitutione Aur. Bull. patescit, quod pluribus fundamentis stabilire operæ pretium esse non duco: Quippe cum concessa jurisdictione omnia etiam illa concessa intelligantur, sine quibus ea ipsa explicari non potest: Et concessa consequenti, omnia sine quibus, ad id consequens perveniri non potest, concessa videntur, deniq; id probatur, *arg. l.3. C. de offic. ejus qui vic. alic.*

49. Est autem ea ipsa judicia exercendi potestas penes Dominos Vicarios (uti illis à lege & Principe concessa) ordinaria, *arg. l. 2. C. de offic. ejus, qui alio jud.* Quod ita in-

specie, in Vicariis a Principe institutis obtinere, tradunt
consulendo & decidendo. August. Bero. Hip. Riminald. Borell.
Sebald. & in terminis nostris Florentinus à Vemming. int.
conf. Claud. Cantiunc. cum autem ordinariam & plenariam
habeant administrationem, lege Imperij sibi demandatam,
quidni habebant ordinariam potestatem exercendi judi-
cia: Species enim sequitur naturam sui generis, ut qualiter
in genere, alicui quid concessum est, ita etiam id ipsum in
qualibet specie obtinere videatur.

50. Judicia verò considero vel *in se*, vel *respectu causarum*. *Judicia in se* considerata, secundum hodiernam
Imperii faciem, Imperialia nostra & totius Imperii judicia
sunt duo, *Camera & aula Imperialis* (de utriusq; definitione,
constitutione, aliisq; necessariis, requisitis, alibi suo loco latius
agetur, inhaerendum jam proposito) Atque in hisce & aliis, si
quæ Imperium haberet, judiciis, ita potestatem exercent,
quemadmodum Imperator ipse, cuius vices & personam ge-
runt, exercere solebat, id quod ex *Ordinatione Camerae Im-
perialis & Aulae Imperioriae*, quotidianaq; ejusdem obser-
vantia, alias latius deduci posset.

51. Verum antequam ulterius progrediamur, in spe-
cie nos præmunire, oportebit: *Cameram Imperialem Serenissi-
mis Dominis Vicariis esse subjectam*, id quod eò facilius pate-
bit, si modo paulò altius consideremus 1. quæ hactenus de
universali Vicariorum nostrorum potestate dicta sunt. 2.
Quod Serenissimi Domini Vicarii succedant in omne jus
Imperatoris defuncti. Quibus 3. accedit, quod exercitium
jurisdictionis Cameræ nullibi illis videatur ademptum,
itaque necessariò manet sub regulâ. Atque ita, de Anno 1519.
post mortem D. Maximiliani, & Anno 1612 post mortem
D. Rudolph. II. observatum, expresseq; a Carolo V. confir-
matum, extitit apud Goldast. in *Rechtsauflösung*, ut nec minus
hodiernis temporibus post mortem D. Matthiæ hoc ipsum
practicari videmus.

52. Subjacet autem hoc judicium, non solum Palati-
no, propterea quod sit in partibus Rheni, sed ad utrosque
tām



397

tam Palatinum quam Saxonem pertinet. Et quamvis Patrum nostrorum memoria observatum, quod Palatinus solus in Camerâ Imperiali, sciente Saxone, etiam in Saxoni subjectos, judicium exercuit, idque etiam à Carolo V. cum omnium PP. Electorum consensu confirmatum extitit apud Goldast. in Reichssatzung.

53. Vidimus tamen hâc nostrâ ætate, de Anno 46. 1612. post mortem scilicet Rudolphi, & etiamnum, postquam hoc Anno D. Matth. in fata concessit, processus sub utriusq; Vicarii tûm Palatini, cùm Saxonis, nomine & communi sigillo expeditos esse, & adhuc expediri *Consultiss. Dn. Præses ad A. B. Buxtorff. ibid* idq; haud immerito. Ex hac tenus enim traditis facillimè haurire licet, Sereniss. Dn. Vicariis competere in Imperio omnimodam jurisdictionem, judicia exercendi; Quæ sanè penes hunc vel illum divisim, non existit, sed in utrumque, ea potestas, quæ vivo Imperatori competebat, lege Imperii est derivata; utriq; itaq; eandem conjunctim, ut una persona, unum Imperii caput exercent. Atq; hoc eatenus verum puto, quatenus pactis, aliisvè sanctionibus contrarium introductum non est. Huc facit, quod A. Bull. jus exercendi judicia Imperialia utrique adscribit, neutri vero seorsim, itaq; huic tamdiu standum, donec contrarium probetur.

54. Hisce ita præmissis, apparet Camerale judicium, Sereniss. Dn. Vicariis subiacere, eorumq; nomine & communi sigillo in eo expediri. Idq; eatenus de saluberrima Imperii observantiâ procedit, ut judicium Camerale, nec per mortem Imperatoris expirer, sed ita perdurat, ut non exspectata PP. Vicariorum confirmatione & jussione in consuetis judicandi modis pergere possit, atq; ita observatum *Anno 1612. post mortem D. Rudolphi Ampliss. Dn. Præses ad Aur. B. Gerlach. Buxtorff. ibid.* Idq; etiamnum post mortem D. Matthiae Imperatoris observari comperimus: Rationes sane inventu non sunt tam difficiles, si modò benè expendamus; Judicium Camerale esse quoddam judicium ipsius Imperii, & perpetuò donec Imperium perdurat, Imperatorem in jure dicundo representare. Atq; ita non mandatam ab Imperatore

AD

tore, sed ordinariam à lege Imperii habere potestatem. Immò concurrentem cum ipso Imperatore Jurisdictionem.

55. De Aula Imperatoria, altero Imperii judicio idem ferè statuendum est. Hujus verò vices, cum per mortem Imperatoris durante Vicariatu Sereniss. Vicariorum aulae re-präsentent (*id autem qualiter & quomodo nondum mihi satis constat*) tradunt exinde Vicariatu durante, Vicariorum aulam, non aliter, ac Imperatoris, præteritâ Camerâ Imperiali in prima instantia, compellari posse, post Petr. Heig. Clariß. Dn. Preses in discurs. & ad A. B. Id autem quomodo præcedat, clarius evadet, si primò discutiamus: An concurrentem Camera Imperialis, cum Imperatore habeat jurisdictionem, quam quæstionem enodant Clariß. Dn. Preses in discurs. Academ. Caspar. Leipold. de concur. Jurisd. ibid. Petr. Frider. Matth. Stephan. Tob. Paurmeist. Thom. Michaël. & plurimi alii.

56. Constitutis jam iudiciis intuebimur causas, de quibus Sereniss. Electores jus reddere, & judicium exercere possint. Ex antecedentibus autem sunt metienda consequentia: Cum igitur omnimoda Serenissimis Dominis Vicariis sit concessa potestas exercendi iudicia, sequitur, eosdem de omnibus omnino causis, de quibus Imperator cognoscere posse, & hæc quidem generaliter ita obtinent; Paululum specialius verò, Vicarii de omnib. causis cognoscere possunt, de quibus Principalis exceptis casibus in jure prohibitis. cap. 2. ubi gloss. & Canonist. de offic. Vicar. in 6.

57. Sunt autem causæ, quodammodo vel civiles, criminales, vel feudales, non jam discepto an dentur quædam mistæ? In causis civilibus, citra omnem dubitationis aleam, Vicariorum jurisdictione fundata est. arg. l. 2. C. de offic. ejus qui vic. alicu. l. 1. C. de offic. vicar.

58. De causis criminalibus, plurimi ex nostris nihil fere dubitant, tūm propter generalitatem textus A. Bull. cap. 5. Et arg. l. 1. §. 3. & §. 4. ff. de legat. 3. l. 2. C. de offic. ejus qui vic. alic. Ex quibus locis efficere conantur Vicario Imperii competere etiam merum Imperium de jure communi. Tap. de constit. Princ. Jul. Clar. Petr. Danaif. in adsert. jurisd. Camer. Imper. Veluti in impositionibus banni & aliarum pœnarum



marum, sunt tamen qui contrarium suadent post Roland. à
Halle. in cons. Apolog. Spirens. contra Danais.

59. *Cause feudales*, etiam nobis nullum facerent dubium, nisi essent, qui & hæc in parte Pontificis lolium intermiscerent, sed rectè hi à nostris refutantur, pro verâq; regulâ traditur, vacante Imperio, neminem nisi Sereniss. Dominas Vicarios de feudis Imperii cognoscere, id quod uno ore asserunt & tradunt Henric. à Rosenthal. de feud. Schrad. de feud. Dn. Gædd. Gothofr. Antonii. Johan. Schoner. per text. A. B. cap. 5. Contra quos tamen antiqui Romanistæ cœci pro libertate Imperii Juristæ ferè omnes faciunt Fachin. Bartol. Bald. Jason. Roman. sub quorum vexillo novissimè etiam militare cœperunt. Martha de jurisd. Balb. de præsc. aliquæ Romanæ sedis defensores.

60. Excipiuntur tamen *feuda Regalia*, & *majora feuda vexilli*, vulgo *Fahnenlehen* sic dicta, de quibus hi nostri Vicarii cognoscere non possunt, sed cognitio eorundem, Roman. Imperatori vel Regi Romanor. est reservata, per text. A. B. c. 5. ibi de feudis Principum duntaxat exceptis; Eandem reservationem sibi facit, Carolus V. in Recess. Imper. de Anno 1521. §. Und behalten vns. Rosenthal. de feud. Schrad. Gotofr. Anton. Johan. Schoner. Thom. Michaël & Marta de jurisdict.

61. Atq; hæc judicandi potestas. Eatenus firma & stabilis est, ut à Sereniss. Vicariorum sententiis appellari non possit, sed potius fugiendum erit ad *remedia*, contra sententiam ipsius Imperatoris dari solita. Ad Imperatorem enim appellari non potest, quia non appellatur à Vicario ad eum, cuius est Vicarius, cum utriusq; tribunal unum & idem sit, nec ab eodem tribunali ad idem appellari queat. Sic nec ad Cameram; Quia à Vicariis sententia non appellatur, nisi ad eū, ad quem appellaret, si ipse cuius vices sustinet, judicasset. Coavar. pract. q. Frider. Prukman. Gerlach. Buxtorff. ad A.B.

62. Quod si tamen pendente Vicariatu, ut Electores vel Duces in suis Ducatibus (non ut Vicarii Imperii) sententiam dixerint, tunc inspicienda est persona, respectu cuius actus gestus est, & si qualitates appellabiles adsint, appellatio.

tio perinde locum habebit, ac si Vicarii non essent, juxta
Pacian. de probat. & Schrad. in cons.

63. Hactenus vidimus Serenissimorum Vicariorum
Quis in- potestatem exercendi iudicia in alios jam quidem rationabi-
dicabit liter exigente ita ordine differendum esset, anne Serenissimi
Sereniss. Domini Vicarii cuiuspiam iudicio se submittant, idq; quo-
Vicarios. modo, & quando; sed ea brevitatis gratia jam omitto, ulter-
ius ad eorundem potestatem me convertens.

Potestas 64. Secundo diximus expressè pertinere ad Sereniss.
præsentan Dominos Vicarios potestatē præsentandi ad beneficia Ecclesi-
di ad bene stica, quæ metienda est ex ea, quam habet Imperator. Com-
ficia Eccle- petit igitur Imperatori, & eodem modo Serenissimis nostris
sistica. Vicariis, eo, quo Vicariatum exercent tempore, hæc præ-
sentandi potestas vel 1. ratione primarum precum. 2. ratione
juri patrōnatus. 3. Dotationis. 4. Præscriptionis.

65. Ratione primarum precum (quas vocant) potest
Imperator & ejus nomine Serenissimi Vicarii in qualibet
Ecclesia Germaniæ, unum ad beneficium Ecclesiasticum
præsentare, & ut ita præsentatus recipiatur jubere per text.
express. A. B. cap. 5. Speculat. & Job. Andr. Restaur. Castald.
de Imper. Lancell. in templ. omn. judic. Regner. Sixtin. de Re-
gal. Thom. Mich. Bernh. Grive. Marq. Freher. ad Petr. de
Andlo. Sed hoc ita procedere puto, ut de novo Electus Im-
perator, vel quoties in nova vacantia Sereniss. Vicarii admi-
nistrant, in prima vacantia beneficii cuiuslibet Ecclesiæ Ger-
maniæ (si quæ se obtulerit) ratione primarum precum ali-
quem præsentare possint: Quod & ratio nominis primarum
precum evincit.

66. Competit autem hoc jus Imperatori, & exinde
Sereniss. Dominis Vicariis jam longo tempore, ante tempora
Rudolphi I. ut colligo ex diplomate Cæsareo Rudolphi, quod
exstat in vita eiusdem Paraleipom. rer. memorabil. ad Abbat.
Urspergens. pag. mibi 362. ibi: Cum ex antiqua & approbata,
ac à Divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consue-
tudine qualibet Ecclesia &c.

67. Ex



67. Ex eodem diplomate, ut & aliis, viridiq; obser-
vantiâ colligitur, jus tale primarium precum, ad Imperato-
rem, & Sereniss. Dn. Vicarios pervenisse, & adhuc pertinere,
non tam de jure, quam antiquâ & inveteratâ consuetu-
dine, viq; superioritatis, in *Paraleipom. ad Abb. Ursberg. d. l.*
Consultiss. Dn. Praes ad A. B. Thom. Michaël. de jurisdict.
Bernhard. Gräve & alii. Sed ex eo me nondum extricare
possum, num Abbas vel Prælatus Ecclesiæ ab Imperatore vel
Vicariis præsentatum, ad eorundem preces primarias, tan-
quam mandatum recipere strictè teneatur, vel saltem pro li-
bitu ejusmodi precibus locum dare possit? Prior sententia,
quod exinde Abbas vel Prælatus strictè teneatur, hinc ori-
tur i. Quod hæc præsentandi potestas Imperatoribus & Sere-
nissimis Dominis Vicariis ex longâ & inveteratâ consuetu-
dine [quæ pro lege habebitur] competit d. *diplomate*, ibi: in-
veteratâ consuetudine. 2. Id probatur ex vocabulo *tenetur*, d.
diplomate, ibi: *admittere teneatur* (quæ dictio necessitatem
importat, & obligationem quandam præ se fert) *Contrarium*
verò quod collatio, quæ descendit ex primariis hisce preci-
bus, non necessitatem à parte Abbatis vel Prælati inducat,
evincitur ex d. *diplomat.* ibi. Devotionem tuam rogamus,
quatenus huic Clerico, de Ecclesiastico beneficio, quod ad
tuam collationem pertinet, ob reverentiam Sacri Imperii,
studeas liberaliter providere.

68. Secundo Imperatori & Sereniss. Dn. Vicariis jus
præsentandi ad beneficia Ecclesiastica competit, ratione ju-
ris *Patronatus* (de quo alibi in *jurisdictione & administratione*
Ecclesiasticâ latius) acquisiti, vel ex constitutione & funda-
tione. c. nobis. 25. *de jur. patronat.* Buxtorff. ad A. B. Matth.
Wef. in conf. &c.

69. Tertio jus præsentandi ad beneficia Ecclesiastica
competere dicitur Imperatori & Sereniss. Dn. Vicar. ex do-
tatione: Quartò ex *prescriptione*. Modest. Pistor. Franciscus,
Marcus Balb. *de prescript.* (de quibus præsentandi modis ulte-
rior in jure publico est tractatus sub *administratione religiosi*,
de beneficiis Ecclesiasticis, ubi aliquando pluribus) Denique
omnibus aliis etiam modis, quibus Imperatori jus præsen-
tandi

tandi ad beneficia competit, hoc etiam ad Sereniss. Dn. Vicarios pertinere tradit. Restaur. Castald. Marta de jurisdict. quos sequitur Clariß. Dn. Præses ad Aur. Bull. cap. 5. in fin.

70. Et tantum de modis, quibus Sereniss. Dn. Vicariis jus præsentandi ad beneficia Ecclesiastica competit, sequeretur jam de tempore, quo & intra quod, item de personis quas præsentare possint, an Reformatæ religionis, in Ecclesia Catholica, &c. Verùm ut dixi de hisce in sua sede, & ubi materia plerunq; alias tractanda.

Potestas
recollegē.
di reditus
Reichs Rāndie vnd
Eproven-
rīi.

71. Tertiò diximus competere Sereniss. Dn. Vicariis potestatem recollendi redditus & proventus Imperii, Des di reditus Reichs Rāndie vnd Gesälle einzusam len / (de quorum jure & proven- alias sub administratione rebus Imperii) per text. Aur. Bull. tus Impe- express. Unde propter generalem locutionem id extendunt, rīi. ad quoslibet Imperii proventus, cujuscunq; tandem sint no- minis Buxtorff. ad A. Bull. Quirin. Cubach. ad constit. Imper. Sed an Sereniss. Dn. Vicarii, pro gravissimis exantlatis oneribus Imperii proventus & redditus, quos tempore Vicariatus recolligunt, lucentur? In utramq; partem non levis possent adferri rationes, verum Consulti. Dn. Præses ad A. Bull. & Gerlach. Buxtorff. rectè arbitrantur, eos nihil lucra- ri, sed deductis impensis pro imperio factis, residuum novo Imperatori reddere.

Potestas
investien-
di de feu-
d. c. 5.

72. Quartò potestas investiendi de feudis, & quæ ei ad- harent, Sereniss. Dominis Vicariis expressè lege Imperii A. B. d. c. 5. Et in Ordin. Regim. de Anno 1521. S. Aber andere vnd ge- ringere Lehen. Concessa est, Richard. Dieteric. de summ. Imp. potest. Sixtin. de Regal. Clariß. Dn. Præses ad Aur. Bull. Gen- lach. Buxtorff. ibid. Sed ne inutiliter hæc potestas illis conces- sa videatur, insinuiter declarat Ampli. Dn. Præses. Hanc investiendi facultatem esse intelligendam, de eo casu, quo durante Vicariatu annus petēdæ investiture præscriptus fini- tur. arg. c. unic. in princ. quæ fuit prim. caus. amitt. benef. cap. unic. quo tempor. milit. invest. petere deb.

73. Cui

73. Cui investiendi facultati annexa est potestas juramenti fidelitatis, vice & nomine S. Imperii recipiendi. Gerlach. Buxtorff. ad A. B. Hæc tamen (investitura nimirum & juramentum fidelitatis) per Regem Romanum postea electum, suo tempore *omnia innovari debere*, ratio juris feudalis suadet. Quia fidelitas toties præstanda venit, quoties domini vel vasalli persona mutatur. *d. c. unic. quæ fuit prima causa benef. amitt.* Electione autem novi Regis exspirat Vicarius. potestas, & mutatur persona dominij E. Clariß. Dn. Praeses ad A. B. Gerlach. Buxtorff. ibid.

74. Excipiuntur etiam ab hac investiendi facultate. Feuda Principum & feuda vexilli, quæ Fahnenlehen duntaxat appellantur, quorum investitura & collatio soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservatur per *text. A. Bull. cap. 5. & in ordin. Regim. de Anno 1521. §. Vnde behalten vns vor. Thom. Michaël. de jurisd. Richard. Dieteric. de sum. Imp. potest. Schrader. Matth. Stephan. de jurisd.*

75. Unde autem hæc feuda dicantur, & quæ præterea eorum natura & qualitates, latius in feudali materia à FF. tractatur. Et exempla talium feudorum existent apud Otto Frising. Adventin Crus. Sleidan. & alibi passim apud Historicos. Sed cum feuda etiam Comitum & Baronum, aliquando cum vexillis investiri, & Fahnenlein appellari apparet, ejusmodi quoque, sub hoc feudorum vexilli proibitione contineri, & Sereniss. Dn. Vicarios de hisce investiri non posse, tradit Schrader. Frider. Pruckm. Dn. Vultejus. Regner. Sixtin. Quid verò de reliquis Regalibus feudis Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum & Prælatorum sit sentendum, quæ non sunt feuda vexilli Fahnenlehen / vnde nicht mit der Fahnen/ sondern mit dem Scepter geleihet werden/ variant in utramque partem Dd. uti late tradit Gerlach. Buxtorff. ad A. B.

76. Quamvis hic filum abrumpere placeret, ne proposita materia nimium excresceret, notandum tamen est cum *Consultiſſ. Dn. Praef. ad A. B.* Quod si per lapsum anni investituræ petendæ, præscripti, periculum Imperio auf

etiam vasallis Principibus, propter mortem Imperatoris vel diutinam absentiam creetur, puta Imperator ultra anni vel biennii spacio est mortuus vel absfuit, Serenissimis Dominis Vicariis tempore indulto præterlapso, investituram horum feudorum permittendam.

77. Et tantum breviter & synopticè de ijs, quæ Serenissimis Dominis Vicariis expressè concessa videntur, præterea eorum potestas, uti & ipsius Imperatoris ad infinitum ferè extenditur, ita ut perplurimos actus, quibus jus publicum & privatum hinc inde refertum est, exercere possint, quos omnes etiamnum recensere, nec materiæ hujus tractatio, quippe quæ ex Imperatoris officio dignitate vel potestate est metienda, admittit, nec etiam mei est instituti.

78. Atque hinc est, quod cum ipse Imperator regulariter de Imperio nihil alienare vel distrahere posset; Sereniss. etiam Dn. Vicariis *omne genus alienationis seu obligationis rerum Imperialium* sit prohibitum & interdictum per text. in A. B. cap. 4. Ampliss. Dn. Praeses ad Aur. B. Gerlach. Buxtorff. ibid. Matth. Stephan. de jurisd. Immò multò magis *cavere & jubere* debent, ne per alios bona Imperii abalienentur, neve quolibet modo jura Imperii diminuantur, uti text. German. satis clarus indicat hisce verbis: Und hat aus Rätsellicher Güte zuvorbieten/ alle Vereußerung und Verpfändung der Güter/ so zum Reich gehören.

*Effectus
Vicaria-
tus.*

79. Effectus Vicariatus, ut in variis consistit, ita etiam è variis elucefecit, inter alia tamen & hoc observandum, Vicarii munus præsupponere superioritatem ejus, cuius vi-ces geruntur, Bodin. 3. de Republ. Hoc si perpenderent Romanistæ, Pontificem suum quem alias supra Imperatorem extollere attentant, Vicarium Imperii nostri non venditarent. Verum an in Vicarium Imperatoris crimen læse Majestatis committatur? tradunt Gigas de crim. lsf. maj. Myns. in conf. Ant. Quetta. Joachim. Cluten. in syllog. rer. quotid. Quod ex eo decidi puto, An Vicariis Imperatoris competat Majestas? de quo supra.

*Quomodo
finiatur
Vicaria-
tus Imp.*

80. Tempus sanè Vicariatus Imperii expressè nullum præscriptum videmus. Interim quales sunt modi consti-tuendi,

tuendi; tales etiam sunt dissolvendi & finiendi; Nihil enim tam naturale est, quam quo quid modo colligatum, eodē etiā dissolvatur. *I. nihil tam naturale. 38. ff. de R. f.* Constitui autem Vicariatum Imperii, seu esse incipere, vacante Imperio, id est, Imperatore vel planè mortuo vel absente, quodammodo & impedito, suprà proposuimus.

81. Ideoq; in casu Imperatoris demortui, Vicariatum Imperatore novo constituto esse desinere, nemo est, qui ambigit. Hoc tamen casu observandum, nudam hic Electio nem non sufficere, sed insuper etiam acceptationem à parte electi requiri; Immò nec hoc satis esse, si forte electus extra fines Imperii sit: Sed Sereniss. Dn. Vicarii, tamdiu administrationem Imperii habebunt, donec legitimè Electus Imperator adveniat & præstò sit, uti contingit *Carolo V. Imperatori*. Ubi autem Imperator legitimus, vel legitimè (de qua Electio ne alibi, in alia jur. publ. parte) Electus non sit, vel quod idem ferè est, partibus dissentientibus monstrum biceps propositum, eo casu cum nihil actum censeatur, quippe idem sic non fieri, & non legitimè vel malo ordine, id est, contra LL. Imperii fieri, Sereniss. Dn. Vicarii, legitimi Imperatoris vi ces repræsentantes, feliciter contra omnes invasores, Imperii nostri Teutonici in omne ævum duraturi, præeminētiā, dignitatem & opes conservabunt & defendant;

82. In casu verò absentiae Imperatore peregrè profecto & absente, Vicariatus Imperii, eo reverso, esse desinit. *arg. I. penult. C. de testam. milit. Tiraq. cessante causa cesseret effectus; deniq; etiam hoc expressè probatur per A. Bull. tit. 5. in princ. Marq. Freber. in not. ad Petr. de Andlo.*

83. Vicariatu itaq; legitimis modis supradictis, fini- *Vicariatu* to, Sereniss. Dn. Vicarii, officium suum deponunt, & vel de finito. novo Electus Imperator, vel jam jam reversus, omnia secundum præscripta LL. Imperii ab iisdem gesta, acta & facta, confirmare & rata haberet tenetur. Ad quod etiam Imperator tenore *Capitulationis Imperatoriae* juratò adstringitur. Ut inter alia in *Capitulatione Caroli V. apud Sleidan. libr. 1.*

comment. ibi. Quod Interregni tempore Palatinus & Saxo pit-
blicè egerint, ratum habeat, videre licet. Hujus quoque con-
firmationis formula exstat apud Goldast. Rethsasung. Ec-
tantum de Vicariatu & Vicariis Imperii Teutonici pro insti-
tuti ratione, occasione temporis ita allatâ, synopticè & bre-
viter (ne cum aliis commentaria magis, quam dispositio-
nem materiæ hactenus incultæ tradere videar) dixisse suffi-
ciat; Tradant alia alii, tempori etiamnum accommo-
dasse mi sat erit.

F I N I S.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-43280-p0030-1

Re 3040 fit

bam

ms.





GR 156. 30
ROMA
VIC
TRAC
Divinā
Ampli
DN. DC
MÆIJCTI
Iustri Salana Prof
cialis & Scabina
cepto
GEORGII
Typis

